



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum**

**Heser, Georg**

**Monachii, 1657**

30. De prima vocatione Andreæ, ad solam quandam Christi notitiam.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



temporis. *Luc. 4. v. 5.* Et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt; & cui volo, do illa. Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia. *Luc. 4. v. 6. & 7.* Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. *Matth. 4. v. 9.* Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. *Matth. 4. v. 10. Luc. 4. vers. 8.*

IV. Tunc reliquit eum diabolus. *Matth. 4. v. 11.* Consummatâ omni tentatione, diabolus recessit ab illo, usque ad tempus. *Luc. 4. v. 13.* Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei. *Matth. 4. v. 11. Marc. 1. v. 13.*

V. Et regressus est Iesus in virtute Spiritûs in Galilæam, & fama exijt per universam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. *Luc. 4. v. 14. 15.*

## MEDITATIO XXX.

*De prima vocatione Andrea, ad solam quandam Christi notitiam.*

**I.** Tabat Ioannes, & ex discipulis ejus duo. Et respiciens IESUM ambulantem, dicit:  
**B** Ecce



Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt IESUM. *Ioan. 1. v. 35. 36. 37.*

II. Conversus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quaeritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister) ubi habitas? Dicit eis: Venite, & videte. *Ioan. 1. v. 38. & 39.*

III. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum. *Ioan. 1. v. 39. & 40.*

## MEDITATIO XXXI.

*De prima vocatione Petri, ad solam istiusdem Christi notitiam.*

I. **I**Nvenit hic (*Andreas*) primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum CHRISTUS. *Ioan. 1. v. 41.*

II. Et adduxit eum ad IESUM, *Ioan. 1. v. 42.*

III. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. *Ioan. 1. v. 42.*